



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

35. An Sacerdos obligatus dicere Missam in Altari privilegiato possit
applicare Indulgentiam defuncto, & alteri Sacrificium, & accipere duo
stipendia? Et notatur Missam, si celebratur in altari ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

RESOL. XXXVI.

An Sacerdos possit accipere duplex stipendium pro vna Missa, vnum pro applicatione fructus, qui tradenti elemosynam obuenire solet, alterum pro applicatione Indulgentiæ, v. g. Altaris priuilegiati, cui concessa sit liberatio animæ à Purgatorio? Ex p. 10. tract. 16. & Milc. 6. Ref. 70.

§. 1. **H**anc resolutionem pono in gratiam amicissimi P. M. Antonij Cotonis, viri huius, omnisque literaturæ refertissimi, cui propter Summam Dianæ tam belle & ingeniosè concinnatam sub nomine Antonij Noctinot, plurimum debeo eo magis, quòd nunc variis licet scientiis legendis & scribendis occupatus, eandem Summam nouis partibus auget, & multa addit de suo quam proinde, sicut & alia quæ molitur: grauissimam, & literariæ Reipub. vtilissimam fore spero.

Sup. hoc in Ref. præterita, & lege doct. Ref. seq. & sup. Ref. 6.

2. Ipse ergo P. Cotonius litteris ad me datis quaesuit à me; quid circa supradictam quaestionem sentirem. Se enim non approbare opinionem affirmatiuam P. Bordoni ex suo Ordine, quam tradit *tom. 1. conf. reg. ref. 25. num. 17.* propter multas rationes, quas pro ingenij, & doctrinæ suæ præstantia in illius confutationem adducebat.

3. Ad quem ego etiam negatiuè respondi Addidi quæ P. Lezana in *Summa tom. 4. verb. Missa, numero 18.* vocare dictam sententiam non solùm singularem, cum nullum alium pro se patronum habeat, sed, & contra communem sensum fidelium, qui quando petunt pro aliquo defuncto dici aliquam Missam cum Indulgentia Altaris, v. g. priuilegiati, petunt applicationem tum Indulgentiæ, tum fructus, qui communiter in aliis Missis applicantur, imò & contra intentionem Pontificum concedentium tales indulgentias, qui hoc sine dubio intendunt. Quare non video quomodo sustineri possit, maximè post Decreta Sacræ Congregationis adducta, generaliter prohibentia recipi plura stipendia pro vna Missa. Et idèò meritò aduersus hanc sententiam insurgit etiam Pater Tamburinus *ubi supra, lib. 3. capit. 1. §. 3. numero 48.* quia vel offerens tantum stipendium, petit talem Indulgentiam vel non; si primum, iam ex conuentione debes, & indulgentiam: si secundum, non potes accipere mercedem de re non conuenta. Adde, id certè esse contra intentionem Pontificum, tales Indulgentias concedentium, qui multum abhorrent ab huiusmodi sordidis negotiationibus.

RESOL. XXXVII.

An qui tenetur celebrare tantum de Requiem, v. g. si illam celebret in Altari priuilegiato possit Indulgentiam applicare alicui alij defuncto?

Et inferitur, quod quando quis facit opus pium, vt sibi ipsi lucretur Indulgentiam aliquam, potest nihilominus propriam satisfactionem, quam ex opere operantis inde habet, alteri sine defuncto, siue viuenti applicare per modum suffragij. Ex p. 9. tr. 2. Ref. 25.

§. 1. **A**liqui respondent affirmatiuè: quia ratione stipendij talis Sacerdos non tenetur dicere Missam in Altari priuilegiato, sed poterat in quocumque. Ergo dicendo Missam in Altari priuilegiato, Indulgentiam plenariam poterit applicare, cuiusque Defuncto sibi placuerit, modò applicet valent

debetur, quòd non suspendantur Indulgentiæ, quæ singulis personis, & Altaribus conceduntur pro Missis, quæ animæ liberari à Purgatorio valent. Ergo. Et hæc omnia ingeniosè excogitauit Quintanadueñas; *ubi supra*: Sed, an probabiliter, iudicent alij: scio enim aliquibus viris doctis non placere.

RESOL. XXXV.

An Sacerdos obligatus dicere Missam in Altari priuilegiato possit applicare Indulgentiam defuncto, & alij Sacrificium, & accipere duo stipendia?

Et inferitur, Missam, si celebretur in Altari priuilegiato alio die à designato, prodesse quidem ex parte sua, non vero Indulgentia Altaris priuilegiati.

Et adducitur etiam, quòd si aliquis obligatus sit dicere Missam in tali Altari priuilegiato ad eruendas animas ab igne purgatorio, etiamsi ei perueniat iustum impedimentum, quo non possit eas dicere in eo Altari, non satisfacit, nisi similiter dicat in alio Altari priuilegiato. Ex p. 9. tract. 1. Ref. 24.

Hinc casum ponit Bordonus, & ad illum sic respondet *tom. 2. resol. 91. num. 4.* [Quæritur, an quando celebratur Missa in Altari priuilegiato pro illo Defuncto, cui applicatur Indulgentia Altaris: Videatur, quòd non, quia sufficienter eius anima liberatur à penis, & ad cælum volat, cum sit plenaria. Consequenter in eo casu poterit Sacerdos accipere speciale stipendium, applicando Altari Missam præter stipendium acceptum ab eo, qui fecit celebrare ad Altare priuilegiatum. Respondetur: Missa suum proinde satisfactionis effectum respectu animæ illius, cui applicatur tum Indulgentiam Altaris; quia tamen nobis non constat; idèò & Missa Sacrificium illius intelligitur applicatum; quòd inter alia remedia pro solutione poenarum est efficacissimum, & infallibile, quòd Deus semper acceptat. De Indulgentia vero nonnulli dubitant, de quibus Suar. in p. 3. de penit. & Indulgent. disp. 53. sect. 3. & ad hoc facit illud orationis omnium Sanctorum: *Multiplicatis precibus nimis largiaris.* Ex quo patet ad rationem dubitanti, & Sacerdotem debere Sacrificium applicare in Altari priuilegiato illi animæ, pro qua petita sit Missa ad tale Altare.] Ita Bordonus, qui etiam optimè notat, *mon. 7.* Missam, si celebretur in Altari priuilegiato alio die à designato, prodesse quidem ex parte sua; non verò Indulgentiæ Altaris priuilegiati, quæ Indulgentiæ annexum habent tempus, tanquam de libertatibus ad acquirendum illas, aliter extra illud, seu tempus determinatum nullus eas lucrari poterit, cum non sint extra tempus præfixum, & tantum valeant, quantum sonant.

Nota etiam hic cum Fagundez *precept. 1. lib. 3. cap. 7. num. 7.* quòd si aliquis obligatus sit ad dicendas Missas in tali Altari priuilegiato ad eruendas animas ab igne purgatorio, etiamsi superueniat iustum impedimentum, quo non possit eas dicere in eo Altari, v. g. quia mutauit domicilium, vel ad tempus absens factus est ab eo loco; non satisfacit, nisi similiter dicat in alio Altari priuilegiato: multum enim detrahatur Defunctos; superueniente enim iusto impedimento, iustam causam habet mutandi locum, & Altare; in aliud tamen simile, ne tam pio suffragio, ac cum tanto detrimento defraudentur animæ in igne purgatorio existentes.

ANÆ
Bnia
III. IV. V
III